Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

audientis. Fugienda est turpitudo sermonis. Cauenda est uerborum
obscenitas. Sermo uanus uanę conscientię index est. Mores homi-
nis lingua pandit & qualis sermo ostenditur talis animus conpro
batur. Ex abundantia enim cordis os loquitur. QIM VLTILOQVIO
Abotioso sermone conpesce linguam tuam. VACANS EST.
Caue fabulis inepti ssimis. Inanis fabulis non loquaris. Inania
uerba non garriaris. Retice uerbum quod non edificat audientes.
Sermo otiosus non erit absq; iudicio. Vnusquisq; rationem reddituru s
sermonum suorum. Ante uniuscuiusq; faciem sua uerba stabunt
Qui otiosum uerbum non premit ad noxia cito transit. Qui minima
spernit in maximis facile proruit. Minor namq; culpa maiorem ge
nerat. Paulatim increscunt uitia & dum parua non cauemus in magnis
prolabimur. Minima igitur deuita & ad maiora non peruenies. Par
ua sperne ut in deterius non incidas. Et quę loqueris grauitate atq;
doctrina digna tractant. Sit sermo tuus utilis inreprehensibilis. Sit
expectatione audientium utilis. Stude non quod loquilibet sed quod
oportet. Discerne quid loquaris. quid taceas. Et in loquendo & ta
cendo peritus esto. Multum ante delibera quid dicas ne reuocare non
possis quod dicas. Fuge casum linguę. lingua tua te non pdat. Tolle
insidiantis occasionem. Non pateat inimici iaculis os tuum. Non lo
quaris quod excipiat inimicus. Amicum semp habeto silentium. Po
ne custodiam ori tuo. Labis tuis signaculum prebe. Oppone linguę
tuę claustra silentii. Circum clude linguam munitioni custodię. In
tende oportunitatem loquendi. Tempus proferendi sermonis inquire.
Scito quo tempore loquaris. considera quando dicas. Tempore congruo
loquere tempore congruo tace. Tace usque q̃ interrogeris. Non
loquaris nisi interrogatus. Non dicas priusquam audias. In terro
gatio os tuum aperiat. sint uerba tua pauca. Tolle uerbositatem
sermonis supflui. Loquendi modum non excedas. Ne in moderatione
linguę incurras periculum. Multiloquia non effugiant culpam.
Multiloquium non declinat peccatum. Fluuius exundans cito
colligit lutum. Vltra modum flatus maris periculum parit. Imbri
um nimietas periculum suscitat. Linguosus homo inperitus est